



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs CXLIX. Cantate Domino canticum nouum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- 2 Hunc omnis laudate cohors, quam legat & ipsa.
Huncque sua omnis dicite turma. 4.
- 3 Hunc Sol, Luna etiam celebrate, & lucida cuncta.
Sidera vos hunc dicite laude. 5.
- 4 Cæli, qui cælis incumbitis, edite laudem huic,
Quæque vnde superant quoque cælos. 6.
- 5 His laude & nomen celebretur numen &, I AE.
Quo sunt cuncta creata inbente. 7.
- 6 Ille eadem statuit seculis manifera, datumque his.
Decretum transtire negauit. 8.
- 7 I AE etiam à terra repetitas dicite laudes
Vos colubri & vos infima cuncta. 9.
- 8 Ignis, grando, niues, vapor, ac vis turbida, venti
Illiis qui verba facessit. 10.
- 9 Montes & colles omnes, lignumque ferax ac
Fructiferum & laricum genus omne. 11.
- 10 Bellua & omne pecus, inumentaque, reptile, & aliæ.
Quæ volueris secar æra pernix. 12.
- 11 Vos terræ reges magni & res publica cuncta.
Et proceres iurisque ministri. 13.
- 12 Vos iuuenes lecti simul innuptæque puellæ;
Iuncti etiam puerique senesque. 14.
- 13 Laudabunt I AE nomen, nam tollitur altum.
Id nomen, solumque supernum est.
Imminet illius decus atque honor vndique terræ.
Imminet & cælis honor ille. 1.
- 14 Ille suo populo cornu extulit, omnibus eius
Hæc laus certa p[ro]fisque bonisque est;
Israëlis natis, populo, quem nempe propinquum
Ipse sibi fecit, I AH dicite laude. 2.

P S A L M V S C X L I X .

Cantare Domino canticum nouum.

VENTVRAE SALVTIS LAETITIA
PRAEVNTIA.

- 1 Haleluiah. Carmen Dicolon Tetrastrophon.
I AE carmen age o dicite vos nouum;
Hunc coeru[us] celebri laude sonet pius; 4.
- 2 Auctorique suo gratior Israël
Festum & letitiam colet.
Fausta ac rege suo turma Sionia
Prodat multisonis gaudia plausibus. 5.
- 3 Illius concelebrent cum citharis chori &
Nomen tympana personent. 6.

4 IAS.

4. I A S namque fouens vult populum suum,
Ornabitque humiles ipse salutifer:
5 Securos adiget dulce decus pios
Lectis concinere in suis.
6 Ut F O R T E M q u e ferat laudibus afflent
Horum guttur erit, tum gladium manus
7 Stringens ancipitem, quo populis graues
Poenas, gentibus & paret:
8 Ut reges manicis stringere, vinculis
Magnates valeant claudere ferreis:
9 Et præscripto ut eos iudicio mali
Admissi afficiant reos.
Ipse at splendor & est omnibus vnica
Virtus nempe bonis atque nitor suis;
Clarabitque pios quotquot erunt, sacrum hos
Valde, ac perpetuum decus.

PSALM. CL.

Laudate Dominum in sanctis eius.

PERORATIO GRATULATORIA, CHRYS-
STO MVNDI SALVATORI, ATQVE
HVMANI GENERIS AMPLI-
FICATORI EFFICACISS.

1. Haleluiah. *Carmen Sapphitum.*
L Audibus forte in altâ
Ipsius sede & solio sacrato;
Dicte hunc rerum validè efficacem
Aethere vasto.
2. Fortia atque huius celebrate gesta
Clara mortali generi, atque magnis
Laudibus magnum memorare multis
Nominibusque.
3. Cornua hunc acres resonent tubæque,
Spiritu ac pleno referat tumens hunc
Nablium, claros cithara eloquatur
Huius honores.
4. Tympana hunc laudent, alacres chorique
Dispar hunc iunctis calamis cicuta
Rumpat, huic blandas minuatque longa
Tibia voces.
5. Tinnula hunc lido recinant loquaci
Sistra, & hunc pulsū crepitante sistra:
6. IAH sonet nomen, celebratque laudes
Halitus omnis.

FINIS LIBRI PSALMORVM.